

tractatus de materia & forma, ma-
 xime prout sunt principia essen. i. vel ac-
 tum constituent: nunc ut sunt principia
 affectionum v. g. motus & quietis in re
 constituta, veniunt sub nomine naturæ.
 Natura enim dicitur primario de forma,
 secundo & propter formam de mate-
 ria, unde forma est magis natura quam
 materia.

Natura est principium & causa
 motus & quietis ejus in quo est pri-
 mo per se & non secundum acci-
 dens.

Naturale opponitur fortuito, morali,
 adoptivo, adventitio, voluntario, vio-
 lenti vel contranaturali, artificiali &
 præternaturali, supernaturali &c.

Sensus definitionis est: ubi unque re-
 veritur motus (id est quævis mutatio: vel
 quivis motus, maxime localis) vel quietes
 seu possessio illius ad quod fit motus, ibi
 natura in causa est; modo motus fit ejus
 in qua est, unde cause externe elimi-